

*Fulsistis, vestro faustè sic semper alumno  
Centenas minimum lucas implete reuersa.*

**PAULO QUARTO, PONTIFICI  
Romano.**

**P***Aneq̄ aqua Paulus contentus vixerat olim,  
Quum traheret rubra sirmata longa toga:  
Hic idem ingluuiem dapibus nunc pascit opimis,  
Cuius nunc onerat terna tiara caput.  
Miraris factum? mirari desine, Roma,  
Iussisti esse lupum qui fuit antè canis.*

**IN ROMAM, POEMATE GERMANI  
Audeberti Aurelii, pulcherrimè  
descriptam.**

**S***Axea qua fuerat, calumq̄, solumq̄, laceffens.  
Et mole iam grauis sua,  
Conciderat, solisque diu visenda ruinis.  
Semet iacebat obruens.  
Hac (mirum dictu) chartacea facta resurgit,  
Tantoque stat viuacior,  
Artificum quantò cunctorum scalpra, poëta  
Morti domitrix vincit manus:  
Marmoraque exuperant quantò pradura tabella  
Vatum exarata pollice.  
Struxeris ergo tua simulachrum, Romule, Roma,  
Auguste, quod polueris.*